

Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
 apparent terrae, caelum undique et undique pontas,
 tum mihi caeruleus supra caput astitit iubar



noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris. 195

continuo venti voluunt mare magnaue surgunt
 aequora, dispersi iactamur gurgite vasto;

involvere diem nimbi et nox umida caelum
 abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes,

excutimur cursu et caecis erramus in undis. 200

ipse diem noctemque negat discernere caelo
 nec meminisse viae media Palinurus in unda.

tris adeo incertos caeca caligine soles
 erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

quarto terra die primum se attollere tandem 205

visa, aperire procul montis ac voluere fumum.